Kangowski Submissio. 152

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens
Generosus Stanislaus Lewicky Succamerarius Terrae Bielscen.
sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia
ipse Generoso Alberto Kangowsky submittit et inscribit se inventarium
tum et puncta quaedam ratione arendae bonorum Kozany et Mienkowszczyzna inter se conscripta manibus suis ex utraque parte subscripta
feria tertia proxime futura ad manus eiusdem Generosi Kangowsky
reddere sub vadio Quinque Millium et Quingentorum Florenorum
in defectu extraditionis et non restitutionis ad solvendum succumbendo Generosus vero Albertus Kangowsky submittit se post
receptionem et restitutionem sibi eiusmodi inventarij eundem Generosum Succamerarium de restituto sibi eiusmodi inventario quietare hinc ad decursum Duodecem septimanarum sub vadio
simili Et Coram officio praesenti Castren. Bransken. in primo Citationis Termino peremptorie responsione Omnibus in Universum
iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores abscribendo.

Actum in Curia Regia Bransken.
feria secunda pridie festi Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

Dzierski Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens
Nobilis Mathaeus dictus Gregorij Dzierzek sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Simoni filio Valentini
Dzierzek et suis posteris Bonis nempe suorum immobilius in hereditate
Dzierzky Wyczechowszczyzna dictorum Totam et integram sortem suam
tantum in campo hyemali in Manso Witowska se accrescentem
post Nobiles Petrum et Stanislaum fratres germanos iure naturali successionis spectantem cum agris pratis campis sylvis et Omnibus ac
singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis
dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit Cui eam ex
nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles dicti
officij acceptandam dat et admittit. Pacemque tuitionem et evictionem
Omnimodam omnem quiescentem ab Omni impedimento veneno quarumvis
personarum inquietantium et arrestantium. Omnes Omnino causas